



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RUPER IN CANT CANT. CA. III  
ubi prædicauerunt: opera tamen uel merita non  
ignorantur, nō minora, imo maiora tinnitu præ  
dicantium. ¶ Illud quoq; factitium malum puni  
cum rubicundum erat, utpote non ex solo hya  
cinto, qui color aerius uitam significat cœlestē,  
uerum etiam & ex purpura & coco bis tincto  
factum. Et ita genetuæ, o dilecta uerecundia, et  
magistra competentis uerecundiae siue religio  
nis necessariæ: cuius uerecundia tanto est lauda  
biliar, quanto conscientia glorioſior tutior atq;  
securior.

¶ Sicut turris Dauid collum tuum, quæ  
ædificata est cum propugnaculis.

¶ Para. II

Turris  
Dauid hu  
militas ē;  
Esa. 3.

¶ Reg. 24

¶ Quid erat turris Dauid? Putasne illa turris ma  
nufacta, de qua legitur, cœptq; Dauid SYON,  
hæc est ciuitas Dauid. Imo turris Dauid nō ma  
nufacta fuit, cui tuum o dilecta collum debeat  
assimulari, & hæc est humilitas Dauid. Atq; hic  
sensus placet magis. Filiæ Syon(ait dominus de  
us apud Esaiam) eleuatae sunt & ambulauerunt  
extento collo, & nutibus oculorū ibant & plau  
deabant. Hæc fuit superbia illarum. Propterea ex  
pugnari potuerunt. Tuum autem collum nequa  
q; extentum fuit, sed est sicut turris Dauid, id est  
sicut humilitas Dauid, per quam ille coram deo  
fortis, & contra homines stetit inexpugnabilis.  
Ipse enim quasi terrimus ligni uermiculus, q;  
& cum esset rex unctus, dixit ad Saul, cum eum  
ille persequeretur. Quem persequeris rex Israel  
quæ persequeris? Canem mortuum, & pulicem  
unum. Turris ista ædificata est cum propugna  
culis, & mille clypei pendent ex ea, omnis arma

tura fortium, id est, hanc eius tantam humilitatem cæteræ uirtutes consecutæ sunt, maximeq; fortitudo & sapientia sicut scriptum est: David sedens in cathedra, sapientissimus ipse est, quasi tenerrimus ligni uermiculus, qui octingentos inferfecit impetu uno. O qualis hæc turris, qualia propugnacula! Ex ea mille clypei pendent, omnis armatura fortium, quia propter humilitatem accipit, ut caneret & scriberet uerba fortitudinis, uerba sapientiae & ueritatis: tam multa, ut mille narius numerus uult intelligi: tam fortia, ut omnibus exinde armatis fortibus nihil falsitatis obsertere possit.

**I**Ita collum tuum, imo & ultra q; turris illa, collum tuum, id ē, humilitas tua, quæ sedet uel paret in collo tuo non extento, ædifica deest cum propugnaculis, & mille clypei pendentes ex ea omnis armatura fortium. Nihil enim deest illic omnium quæ continentur in scripturis ueritatis, & neq; inuisibilis diabolus, neq; uisibilis homo hereticus, e contra potuit unquam uel poterit. Adde illud, quod maximum est, quia uerbi, cuius mysterij cōsecuta est ut caneret militia patris tui David, uerbi inquam eiusdem substantiam concepit, & incarnatam peperit militia tua, o filia David.

**D**uo ubera tua, sicut duo hinuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec asperret dies & inclinentur umbræ.

**O**Ubera uere gratissima atq; pulcherrima, duo ubera manu altissimi formata. Hæc sunt uirginis & fœcūditas quarum pulchritudo oī in tuis dilecta uberibus castis, uberibus foemineis quæ

G 3

2. Reg. 28

Coll. Ma.

Duo ubera.  
uirginitas  
& fœcūd.